Schmid-Schwarzenberg, Franz Xaver
De inventione veritatis .

De

Inventione Veritatis.

Dissertatio

quam pro venia legendi obtinenda

in

Alma Literarum Universitate Friderico-Alexandrina

Erlangensi

Consensu Amplissimi Philosophorum Ordinis

exhibuit

Dr. Xaverius Schmid,

Erlangensis.

Die XXX. M. Jul. MDCCCLVI.

Erlangae,

Typis Caroli Henrici Kunstmanni.

1856.

Testimonium est Veritatis Inventus ipsius.
Tertull. de anima c. I.

§. 1. De inventione veritatis praeclara quidem majores nostri scripserunt; multa tamen adhuc sunt dicenda. Quae nos de hac re sentiamus, dicemus; brevius autem quam res tanta dici poscit; non enim est hujus opusculi finis, rem fusius tractare, aut omnes veritates invenire, sed indicare, quo modo invenire possis. Sed et semina spargemus, ex quibus veritates nonnullae adolescere possint. — Praeprimis igitur declaramus, Philosophiam a dubitatione incipere, ut veritatem inveniat. Si respicis, quidnam sit Philosophia, sententiae nostrae annues. Primo quidem Philosophia ars est et disciplina, qua invenire studemus, quaenam res vere sint, quales sint et quomodo invicem se habeant. Deinde autem veritates invenisse non sufficit; quomodo omnes ab una prima et firmissima veritate velut ex radice descendant, ita ut organismum perficiant, Philosophia ostendere conatur. Hanc primam veritatem invenias necesse est, si omnino de veritatibus agere velis. Ex quonam autem fonte hanc primam veritatem hauries, quam ab alia veritate derivare non potes, quia prima est? Omnino ex mente humana, quae semet ipsa explicat. Eadem igitur mens est, quae explicat, et quae explicatur; fons est et ex fonte hauriens. — Potestne autem mens se ipsam explicare et veritatem invenire? Forsitan (ut jam Cartesius dixit) tam imperfectus est homo, ut semper fallatur? [1]) — Sed est omnino

1) Meditat. I. Edit. Amstelod. 1664. p. 7.

id, quod mentem humanam vocamus? — Prima ergo omnium veritatum inveniendarum haec erit, mentem esse, eamque se explicare posse.

Ex hac prima veritate, velut ex radice, omnes veritates descendere debent. Sed quid est omnino veritas? Res est, de qua amplius dubitare non potes et quam necessario cogitare debes. Quamdiu de aliqua re dubitas, tamdiu vera tibi non est, et quamdiu hanc rem cogitare non cogeris, tamdiu de ea non e certus. Nonnullas enim veritates, ut Leibnitius bene docuit [1]), confuse et imperfecte cognoscimus, nonnullas autem plane ignoramus; de illis certiores fieri, has autem invenire studeamus. Si igitur primam omnium veritatem consideras, invenies, eam esse talem, de qua dubitare nemo possit, et quam necessario cogitare cogimur. Ut ergo et prima veritas demonstretur, quae negari amplius non possit, postulatur. Hanc demonstrationem effugere nihil juvat. Erravit Leibnitius docens: „Data sufficientia ad veritates inveniendas sunt principia, quae sunt in promptu, et ex quibus solis sive aliis assumtis concludi potest id, de quo agitur [2])“. Quidnam respondebit interroganti quaenam sint ista principia data, quae sunt in promptu? aut quaenam alia sint assumenda? Principium datum, quod in promptu sit, ignoramus; si esset, mens esset; sed de hac dubitare licet, num omnino sit et num veritatem invenire possit. Sed etiamsi concederemus, tale esse principium in promptu, interrogare deberemus, quanam via aut quanam methodo veritates inveniantur? Si de prima veritate ostendere non potes, qua via eam inveneris, quomodo de ceteris poteris? Non habes metho-

---

1) Les verités sont de deux sortes; les unes ne sont connues que confusement et imperfaitement et les autres ne sont point connues de tout. Pour les premiers il faut employer la Methode de la Certitude; les autres ont besoin de l'Art d'inventer. Leibnit. Discours touchant la Methode de la Certitude. Edit. Berol. 1840. p. 176.

2) De natura et usu scientiae generalis p. 86.

dum nisi conclusionem, qua dialectici aut mathematici utuntur, de qua dubitare licet, num ad veritates, quae dialecticorum regiones transcendunt, inveniendas sit idonea? Hanc methodum Leibnitius quidem laudavit dicens: „Duobus utor in demonstrando principiis, quorum unum est: falsum esse, quod implicat contradictionem; alterum est: omnis veritatis (quae immediata sive identica non est), reddi posse rationem, hoc est, notionem praedicati semper notioni sui subjecti vel expresse vel implicite inesse, idque non minus in denominationibus extrinsecis quam intrinsecis, non minus in veritatibus contingentibus quam necessariis locum habere [1]).“ Hanc methodum et nos laudamus; per eam enim veritates, quas confuse et imperfecte cognoscimus, clarae et perspicuae redduntur, nonnullae insuper derivari possunt; veritates autem, quae dialecticam artem transcendunt, inveniri non possunt. Si autem viam perspexeris, qua primam omnium veritatem, de mente scilicet, invenisti, methodum habebis, qua omnes veritates, illi primae aequales, invenire poteris [2]). Sed si primam veritatem requirere velis, ad dubitationem recurras; ex dubitatione enim emergit, quod infra demonstrabimus.

§. 2. A dubitatione esse incipiendum, si veritatem invenire velimus, plures jam ante nos docuerunt philosophi, ex quibus Cartesium et Herbartium nominamus. Horum prior, quum se ad veritatem inquirendam accingeret, a dubitatione perfecta profectus est, „removendo scilicet (ut ait) illud omne, quod vel minimum dubitationis admittit, nihilo secius quam si omnino falsum esse comperissem, pergamque porro, donec aliquid certi, vel si nihil aliud, saltem hoc ipsum pro certo, nihil esse certi, cognoscam. Suppono igitur omnia, quae video, falsa esse, credo nihil unquam exstitisse eorum, quae mendax memoria repraesentat; nullos plane habeo sensus; corpus, figura, extensio, mo-

---

1) De scientia univers. seu Calculo philos. p. 83.

2) Qua propter existimavi quaerendam mihi esse quandam aliam methodum. Cartesii Dissertatio de Methodo p. 11.

tus locusque sunt chimaerae; quid igitur erit verum? fortassis hoc unum, nihil esse certi [1]." „Dubitamus (alio loco dicit) etiam de reliquis, quae antea pro maxime certis habuimus, etiam de mathematicis demonstrationibus; etiam de iis principiis, quae hactenus putavimus esse per se nota [2]." Spinoza, quid Cartesius hac sua dubitatione voluerit, bene interpretatus est: „Omnia, inquit, in dubium vocare aggreditur (Cartesius) non quidem ut Scepticus, qui nullum alium praefigit finem, quam dubitare, sed ut animam ad omnibus praejudiciis liberaret, quo tandem firma atque inconcussa scientiarum fundamenta, quae hoc modo ipsum, si quae essent, effugere non possent, inveniret [3]."

Herbartius philosophos valde admonet, ut a dubitatione incipiant, si veritatem inquirere studeant. „Qui non semel in vita dubitavit (ait) nunquam expertus est illam eversionem omnium opinionum , quas a puero cumulavit; haec autem eversio sola contingentia a necessariis, et quae vere sunt, ab istis, quae nonnissi cogitantur, distinguere potest [3]." Quam multa in communi hominum sint scientia, quae se invicem tollunt, aut menti minime conveniunt, ut inquiras, admonet: a dubitatione autem ut incipias, jubet. Distinguit autem dubitationem communem et sublimiorem. In communi versaris, si dubitas, sintne res tales, quales appareant; in sublimiori autem, si dissolvens conceptus, num omnino aliquid sit, interrogas. „Nicht blos die ganze Möglichkeit metaphysischer Einsicht, selbst die Möglichkeit auch nur die ersten Anfänge metaphysischer Nachforschung zu gewinnen, hängt davon ab, dass man das Widersprechende in den gegebenen Erfahrungsformen streng auffasse [5]."

§. 3. Quodsi a dubitatione incipientes veritatem invenire conamur, duplex aggredimur opus, eversionis et inventionis.

---

1) Cartesii Medit. II. p. 9.

2) Cart. Princ. phil. p. I. p. 1.

3) Spinozae Phil. princ. Cart. I. proleg. Cf. Cartes. de Methodo p. 2.

4) Herbartii Introd. in Phil. p. 15.

5) l. c. p. 111.

a) Eversio autem perficitur, si omnia, quaecumque adhucdum vera esse putavi, destruxero, si de illis dubitavero, ea esse vera negavero. In compendio perfungi hoc opere liceat, quum singularia negare superfluum esse videatur. De omnibus dubitamus, id est, aliquid esse verum nsgamus. — Quid demum remanet? — Mens ipsa. — Sed num est mens? — „Numquid saltem ego aliquid sum?" [1]) — Si perfecte negas, et negare debes, mentem tuam esse.

b) Inventionis autem opere perfungeris, si rem aliquam quaeris, quam negare amplius non poteris. Quum autem omnia negaveris, prorsus nihil remanet, nisi haec negatio ipsa. — Num et hanc negationem vere esse negare potes? — Liceat; sed tunc, ut vides, haec ulterior remanebit negatio. Hanc esse, si negares, ultima tamen superesset negatio. Sic in aeternum negare studens semper negationem habebis. Negatio ergo est; eam esse toties affirmas, quoties eam esse negare tendis. Negationem esse prima ergo et firmissima veritas est, de qua nemo sanus dubitare potest, quam omnis „ordine philosophans" necessario cogitat. — Haec autem negatio sola esset veritas, nisi res aliqua contra hanc negationem firmaretur, quae negatione ista vinci non potest. Ne mens quidem est, si evidenter demonstrare non possem, eam a negatione tangi quidem posse, vinci non posse. Existentiam mentis veritatem esse dubitatione majorem decernere nihil prodest. Qua ex causa enim de existentia mentis dubitare non liceat? Quid est, quo adigimur, mentem sine ulla dubitatione cogitare? Modum ostendas, quo negatio, si mentem tangit, retruditur, quo denique fit, ut necessario cogites, mentem esse. — Modus autem hic est. Si negas, mentem esse, ipsam tangis et sollicitas. Sollicitata autem mens indifferens esse non potest; si vere est, promulgare cogitur, se revera esse; tacens enim a negatione vincitur. Officium autem vitae est, vitam conservare; ergo et menti, si est,

1) Cartesii Medit. II. p. 9.

hoc officium injungitur, ut se adversus negationem salvam constituat. Mens igitur, si sollicitatur, declarat, se vere esse et ideo esse, quia ipsa negationem, quae vere est, procreaverit.

Mens ipsa est, quae negat, se esse; adversus negantem haec negatio non valet. Ego nego; ergo non sum nullus. Haec est formula, qua mens confitetur, se esse. Hanc veritatem: mentem esse, quia ipsa negat, negare minime potero. Negaturus enim affirmarem. Si enim negarem, me esse, iterum ego essem, qui negaret; ergo essem.

§. 4. Ex dubitatione igitur, quam instituimus, una saltem jam effloruit veritas, quae negari non potest, sed necessario cogitatur. Hanc veritatem autem mens quasi coacta invenit; quum enim sollicitatur, respondere et testari cogitur, se esse, et se esse, quae negationem procreaverit. Omnem autem hanc viam, qua a dubitatione ad hanc veritatem pervenerit, mens quasi ex alto considerare potest seipsam intuens, quae negationem vincit seque invenit; hoc est, mens de iis, quae perfecerit (et vixerit) cogitare potest. Hanc praerogativam Numen omnipotens soli menti concessit, ceteris autem animantibus negavit. Sola mens sibi conscia est, se esse, et sola viam intueri potest, qua ad hanc conscientiam sui pervenerit. Non illa quidem aut oculis se videre aut manibus tangere potest, quia spiritus est, intus autem se intueri et quaecunque operatur, perspicere et ad se referre valet operatione quadam spirituali, quam Schellingius „intellectualem intuitionem" appellavit.

§. 5. Mens ergo si seipsam intuetur et modum considerat, quo ex dubitatione ad hanc veritatem, ut sciat, se vere esse, penetraverit, quid invenit? — Primum plura distinguit momenta, quibus opus illud absolutum est. Primum momentum est negatio; haec autem non est nisi actum quiddam a mente; spiritale aliquid, quia per sensus non percipitur. Alterum momentum est negatio negationis, id est, actum quiddam a mente, quo negat, negare posse, se vere esse, aut id, quod idem est, quo mens negationem, qua ipsa mens negatur, repellit. — Quo jure autem mens negationem, se-

ipsam tangentem, repellere potest? Quia invenit, se negationem procreasse, hoc est, se esse causam, sine qua negatio non existeret. Rem autem ita se habere, in hoc altero momento declaratur. — In secundo igitur momento (ut omnia simul dicamus) mens sibi conscia fit, se esse causum negationis; ergo non posse non esse. In hoc momento ergo inventio latet, sed et conclusio, quae ex hac inventione perfici potest. Haec conclusio autem, quatenus primum momentum spectat, negatio est; quatenus autem mentem spectat, affirmatio est.

Tertium denique momentum (si hoc vocabulo uti licet) est mens ipsa. Haec est, quae procreavit primum et alterum momentum (terminum) [1]; haec eadem est, quae momenta distinguit et eruit, quomodo mutuo se habeant. Res igitur activa est, ἐντελέχειαν continet, actibus suis substat, **substantia est** [2]). Si etiam Spinozae substantiae definitionem accipias, mens est substantia. Per substantiam (ait) intelligo id, quod in se est, et per se concipitur [3]). Mens autem in se est et per se concipitur; ergo substantia est. Quatenus autem sui conscia fit, et subjectum est.

§. 6. Quum res, quam tractamus, difficillima sit, neque ante nos satis exculta, et hoc quidem, quia neglexerunt, qui de hac re agebant, modum explicare, quonam a dubitatione paulatim ad veritatem perveniatur, hoc est, substantia subjectum fiat:

---

1) Es hat die beiden unterschiedenen Momente in sich, weil die einfache Gleichheit mit sich, nicht das Unmittelbare, das Sein ist, sondern nur das Aufheben des Andersseins; sie enthält also zugleich eine Trennung, oder Anderssein, aber als verschwindende Trennung, als sich aufhebendes Anderssein. Die beiden Momente sind daher unzertrennlich. Die unendliche Beziehung auf sich ist nur als Negation der Negation, und diess Aufheben des Andersseins ist unmittelbar sich auf sich beziehende Einheit. Hegels Logik. 1812. p. 95.

2) Cf. Leibnitii tract. de notione substantiae.

3) Spinozae Ethic. p. II.

liceat, sensim singula momenta exquiramus, exquisita proponamus. Adhuc enim nonnisi rudimenta exploravimus. Sed et in rerum natura ex semine generalia nasci videmus, quae paulatim excoluntur. — Temetipsum ergo intuere, si potes, et oculis mentis momenta sequere, quae mens, seipsam quaerens, transierit, donec sui ipsius facta sit capax; hoc est, donec substantia subjectum facta sit[1]). Si hoc profeceris, singula tene momenta, unumquodque ab alio discerne, et quale sit, determinare stude. Haec enim, ut jam supra diximus, praerogativa mentis est, quod seipsam intueri, vitae suae momenta perscrutari, singula explorare, plura comparare, conjuncta discernere, sejuncta conjungere et causas rerum cognoscere possit. Hujus praerogativae autem cumulus, qua homo rex est universitatis, hic est, quod mens humana seipsam agnoscere potest ut causam omnium eorum, quae ex ipsa proficiscuntur vel necessario vel sponte; hoc est, quod mens non tantummodo substantia sed et subjectum est.

Mens igitur primum momentum, quod est negatio, perscrutans, invenit et determinat: 1) Factum est quoddam, aut Datum, hoc est idem, quod patrio sermone „Thatsache" nominamus. Hoc factum negare nequis, nam eodem momento, quo negationem profers, negationem esse confiteris. 2) Hoc momentum pura est negatio, hoc est, nil ponitur, nisi sola negatio; in hoc momento mens nonnisi negat, aliquid vere existere. 3) Per hoc momentum mens irritatur et provocatur, ut, si sit, se adversus negationem tueatur. 4) Si hoc momentum, quomodo ortum sit, examinabis, id non a seipso esse procreatum invenies; causam sui ipsius non in se habet, sed in alia re, quae est mens; haec enim procreaverat negationem. Jam ergo discernit mens actionem et actum, causam et id, quod ex ea proficiscitur, et quod effectum appellare licet. 5) Quatenus autem hoc primum momentum a mente procrea-

---

1) Cf. Hegels Logik p. 99.

tum est, dependet a mente, iu conditione quadam versatur, quam patrio sermone philosophi „Bedingtheit" appellare solent. 6) Sed et tempus quoddam agnoscere licet, si consideras, mentem, quae procreat negationem, priorem esse debere. Si autem ad reliqua momenta refers, hoc momentum prius, immo primum, est. 7) Hoc momentum simplicissimum est, et hoc quidem, quia non componitur pluribus momentis, neque ab aliis momentis, quasi generale quiddam, deducitur. Est quidem, quod patrio sermone „Gedanke" nominamus, quia sensus effugit, nec tamen est, quod conceptum, „den Begriff" appellamus; hic enim non est, nisi generale quiddam plurium rerum, quod a mente distinctionis comparationis et abstractionis ope fingitur. Non levis est momenti, ut subtiliter discernas ea, quae mens ex se ipsa quasi ex natura sua generavit, et quae arte quadam sibi innata, ex istis rebus, quae jam adsunt, perficere potest. Sic et apis nonnisi ex floribus mel conficere potest ex se autem generare non potest; mens autem humana non solum, quae rebus insunt, generalia invenire, sed etiam quasi ex fonte proprio cogitata procreare potest. 8) Haec cogitata, quorum mens parens est, adsunt quidem sed non eodem modo, quo mens est. Sunt enim, dum cogitantur; evanescunt autem si mens alia cogitat; mens autem nunquam evanescit; nunquam enim cogitata non profert. In patrio sermone hunc diversum modum, quo res adsunt, philosophi discernunt, illum quidem „ideale Realität" hunc autem „reale Realität" appellantes. Sed et hanc distinctionem parvi pendere non licet; si enim bene distinxeris, difficillima explicabis. Ut ex multis unum proferam exemplum. Mundus aeternus est et non est aeternus. Quomodo hunc nodum, quem Kantius „antinomiam rationis" appellavit, solvere poteris? Si illa distinctione uteris. Mundus quidem aeternus est, quatenus a Deo ab aeterno cogitatur; Deus autem eum ab aeterno cogitare debet, quia et semetipsum ab aeterno cogitat, se autem cogitans mundum non cogitare non potest, quia Deus non est, si non simul cogitatur, quod aliud est quam Deus, et hoc aliud est mundus. Mundus autem non

est aeternus, quia aliud est quam Deus; Deus autem solus est aeternus; hanc igitur, quam philosophi „reale Realität“ appellant, mundus in tempore habet.

§. 7. Alterum momentum si perscrutaris, invenies haec: 1) Sicut primum momentum Factum est quoddam, seu Datum quoddam, quod „Thatsache“ appellant. 2) Si hoc momentum ad mentem referas, confiteberis, id originem non in seipso, sed in alia re habere; mens est, quae ipsum procreavit; mens enim est, quae in hoc momento negationem (primum momentum), quum se (hoc est, mentem) tangit et sollicitat, repellit decernens, se esse, quae negationem procreaverit et ideo se vere esse. Repulsionem ergo et decretum, quod hoc momentum in se habet, menti adscribere cogimur, eamque ut causam agnovimus. 3) Quatenus autem et hoc momentum a mente prolatum agnoscitur, in eadem conditione versatur, quam supra patrio sermone „Bedingtheit“ appellavimus. Si autem accuratius inspicere velis, reperies, hoc momentum non solum a mente, quae procreavit, sed etiam a primo momento dependere. Mens enim non repellit, nisi irritata aut provocata fuerit, neque decernit, se vere esse, nisi prius negatur, eam vere esse. Utrumque autem mens in altero hoc momento perficit. In duplici ergo conditione hoc momentum versatur; non est nisi procreatum a mente; non autem apparet, si primum tollis momentum. In lingua nostra philosophi „Bedingtheit im Sein“ et „Bedingtheit im Dasein“ discernunt. 4) Hoc momentum dissolvi potest in plura momenta. Mens enim in hoc agnoscit, se esse causam interrogationis vel negationis, et ex hac cognitione concludit, se non esse non posse, hoc est, se vere esse. Inventionem ergo seu agnitionem in se habet hoc alterum momentum et conclusionem; invenit enim mens, se esse, quae negat et propterea se vere esse concludit et decernit. Hanc conclusionem, quam potius decretum appellamus, subtiliter discernimus ab illa conclusione, quam ars dialectica construit. In hac enim generale quid adesse debet, cui res quaedam singularis, intercedente media quadam re,

subjungitur. In illa autem conclusione generale quiddam invenire non poteris; singularem habes perceptionem mentis, se esse quae negat; nec intercedentem quandam rem ostendere poteris, cujus ope singularem rem generali subjungere posses, et quam dialectici „medium terminum“ vocant. Qua ex causa conclusionem illam potius decretum vocandam esse censemus. Ceterum maximi est momenti, ut hoc decretum et conclusionem, qua dialectici utuntur, bene discernas. Ex uno eodemque quidem promanant fonte, ex mente, sed neque ejusdem sunt generis, neque eadem perficiunt. Per alteram quidem omnino invenire potes, quomodo res, quae adsunt, invicem se habeant; nunquam autem, num res vere sint, agnoscere poteris. Per alteram autem conclusionem, quam metalogicam vocare liceat, ad interiores rerum origines penetrare potes; num res sint, et quaenam earum causae sint, invenies. Mens enim, seipsam persecrutans, se vere esse, et se causam esse, hujus conclusionis ope et invenit et decernit. 5) Si denique modum spectas, quo hoc secundum momentum adsit, eundem invenies existentiae modum, quem in primo momento explicavimus. Cogitatum est et tantummodo eam habet, quam philosophi „idealem realitatem“ appellant.

§. 8. Quum duo momenta, quantum breviter fieri potuit, inspexerimus, mentem ipsam intueamur, investigantes, qualis sit, et quomodo ad illa momenta se habeat. Difficillimum sane opus, sed necessarium; qui enim seipsum ignorat, quomodo de aliis rebus disputare poterit? — Mentem igitur si aspexeris, invenies: 1) Mens illud est, quod philosophi patrio sermone „Thätigkeit“ appellant, et quam nos „actionem“ vocabimus. Dum mens negat, dum se invenit, quae negat, dumque decernit, se esse causam negationis et ideo se revera esse, in actione deprehenditur, hoc est, nunquam non agens est. Si quis hoc negaret, dum negat, ageret, et hoc ipso confiteretur, nos recte hoc determinasse. Sed quid actio sit pura, sine ulla temporis et loci determinatione, difficile est definire, quod Trendelenburgius in „inquisitionibus dialecticis“ ostendit. Die klare Bestimmt-

heit (ait) und tiefsinnige Ergründung des Denkens spricht sich in zwei einfachen Thätigkeiten aus, die nach verschiedenen Seiten auseinandergehen; jene beruht auf dem Unterscheiden, diese auf dem Verbinden; jene sucht die Verschiedenheit, diese die Einheit der Begriffe. Unterscheidung und Verbindung in dem Bereiche des Denkens, führt, lebendig vorgestellt, auf die Bewegung. Wie in der Verbindung der Begriffe die Bewegung nach einem gemeinsamen Punkte hin, so wird in der Unterscheidung die Bewegung gedacht, die von einem gemeinsamen Punkte wegstrebt. Auf diese Weise sind die beiden Grundthätigkeiten, welche man gemeinhin dem Verstande beilegt, nur durch das begleitende Bild der räumlichen Bewegung verständlich und an dasselbe gebunden [1]). Nonnulli quidem hoc, quod actionem (Thätigkeit) vocamus, definire studebant, quum dicerent, actionem esse vim quamdam, qua hoc, quod nos „Thun" vocamus, in aliud transfertur, quod „That" appellamus. Momentum autem indicare non possunt, in quo hoc „Thun" in id mutatur, quod „That" appellavimus; praeterea, dum illud „Thun" et hoc „That" discernis, in actione versaris, quam definire voluisti. Forsitan, si perlegeris, quae Leibnitius de notione substantiae scripsit, profundius intelliges, quid de actione pura mentis cogitandum sit. „Vis activa (exponit) actum quemdam sive ἐντελέχειαν continet, atque inter facultatem agendi actionemque ipsam media est, et conatum involvit; atque ita per se ipsam in operationem fertur; nec auxiliis indiget, sed sola sublatione impedimenti [2])." 2) Naturam mentis si consideras, invenies, eam esse talem, quae necessario distinguit; hoc est, distinctio est fundamentalis actio mentis. Jam vidisti, quomodo mens seipsam distinxerit et ea, quae procreaverat. Sed et seipsam in seipsa distinguit, dum seipsam intuetur et explorat, qualis sit. Eadem mens est, quae videt

---

1) Trendelenburg Log. Untersuch. p. 113.

2) Leibnitii de notione substantiae p. 122.

et videtur; eadem subjectum est, quod inquirit, et eadem objectum est, quod perspicitur. Quum autem mens seipsam intuetur, jam distinxit inter se, quatenus subjectum est, et inter se, quatenus objectum est. Si mens distinguere non posset, nunquam sui ipsius conscia fieret, quia adesse debet et res, quae conscia fit, et res, cujus illa conscia fit. Siquis negare vellet, mentem esse rem necessario distinguentem, idem ipse distinguens deprehenderetur, quum inter se et propositionem nostram discernit. 3) Mens scientiam habere potest de seipsa. Si enim mens ea, quae perfecerit, et seipsam discernit, agnoscit, se aliud quiddam esse, quam ea sunt, quorum causa est. Sic autem, ut supra exposuimus, et semetipsam intuetur ac subjectum objectumque fit, et ex hac actione nascitur, quod patrio sermone „Selbstbewusstsein" appellamus. Hanc intuitionem Numen aeternum soli menti largitum est. Si rem accuratius inspicere cupias, distingue conditionem mentis, quam „Bewusstsein" vocamus, et eam conditionem, quam „Selbstbewusstsein" appellamus. Cum mens ea, quae procreavit, aut alias res, quae adsunt, 'generatim a semetipsa discernit, in conditione versatur, quam „Bewusstsein" vocamus; si autem mens seipsam intuetur, segregatam ab omnibus, quae procreavit, tunc oritur illud, quod vocatur „Selbstbewusstsein" (Sui scientia). 4) Mens, qualis sit, cognoscere potest. Idem et ii sentiunt, qui dubitare aut negare student. Qui enim de omnibus dubitat, nihil aliud quam hanc proponit sententiam, mentem humanam ita comparatam esse, ut tantummodo dubitare possit de omnibus. Dum autem hanc sententiam profert, confitetur, se naturam mentis inspexisse et invenisse, qualis sit. Eodem modo et ille, qui negat, mentem se cognoscere posse, nobis persuadere studet, se scire, qualis mens humana sit. — Non quidem mens immediate se contemplari potest et definire, qualis sit; sed ex iis, quae operatur, vim et naturam suam perspicere poterit. Jam primum se et ea discernit, quae protulit. Haec quidem sunt, quia procreata sunt a mente; cogitata sunt; quatenus a mente cogitantur, existunt; illam ha-

bent, quam ut supra diximus, philosophi „idealem realitatem“ vocant. Mens autem non est res ejusdem generis. Nunquam non est, quia nunquam non cogitat; evanescentibus enim cogitationibus aliae succedunt, omnibus autem eadem vis subest, quae non evanescit, licet non cogitetur. Illam ergo habet, quam philosophi „realem realitatem“ vocant. Quum denique mens ea, quae profert, nonnisi principiis, sibi innatis, obtemperans, procreare possit, qua ex causa, quaerimus, ex iisdem procreatis, quae tamen semper cum ipsa cohaerent, invenire non possit, quae et qualis sit? Deus quidem, qui a se est, his auxiliis non indiget; se intuens qualis sit, agnoscit; menti autem humanae concessit, ut ex iis, quae profert, cognoscere possit, qualis sit, eodem fere modo, quo ex operibus suis artifex cognoscitur.

§. 9. Ex eo, quod mens humana distinguere potest, multa nascuntur, quae nunc exponemus. Quia distinguere potest, sui ipsius conscia fit. Ut hoc bene intelligas, rerum naturam contemplare. Omnes res, quas videmus, ex una quidem eademque nascuntur substantia; haec autem sic in res permanavit, ut eam extra res aut supra res frustra requiras. Qua ex causa fit, ut per sensus quidem se sentire, nunquam autem seipsam ab iis, quae generavit, discernere possit. Non est, nisi in rebus, in quas diffusa est; ergo non invenitur nisi in rebus, in quarum tamen nulla existit tota et integra. Quod autem parens non habet, infantibus dare non potest. Ideo fit, ut nullum animal, ne generosissimum quidem, distinguere possit semetipsum ab iis, quae perfecit, ita quidem, ut seipsum cognocat. Mens autem potest; radix igitur conscientiae est distinguendi facultas. Ex eadem autem radice facultas efflorescit illa eligendi, quam libertatem vocamus. Si enim mens discernere non posset neque eligere valeret. Qua ex causa fit, ut in rerum natura libertas desideretur; omnia enim animalia ad ea, quae perficiunt, coguntur innata quadam vi, quam patrio sermone optime „Trieb“ appellamus. Eligere non possunt, quia distinguendi facultatem non habent. Quum autem haec facultas distinguendi, soli menti reservata, tanta res sit, jure quaeritur,

quo modo in mente existat? Age, mentem inspiciamus. Distinguere potest; sed hujus rei haec quoque vis est: non distinguere non potest. Expergefacta enim mens seipsam et aliud, quod ipsa non est, non distinguere non poterit. Qua ex causa? Quia menti principium quoddam innatum est, quod vetat ea, quae non sunt eadem, quasi eadem agnoscere. Si mens ea, quae procreavit, contemplatur (quod potest), statim animadvertit, ista a se cogitata non esse idem quod ipsa est; seipsam autem intuens, se solam sibi soli esse aequalem cognoscit. Ut autem mens sic et non aliter statuat, ex eo fit, quia principio quodam sibi innato tenetur. Principium autem certum nominamus modum, quo vis quaedam necessario et generaliter agere cogitur. Innatum est ergo menti principium contradictionis, quod idem est ac identitatis. Formula autem hujus principii est: A non est = B. et altera A = A. Nonnulli philosophi haec principia innata leges cogitandi appellant. Sic et Fichtius. Die Intelligenz handelt (ait), aber sie kann vermöge ihres eigenen Wesens nur auf eine gewisse Weise handeln; denkt man sich diese nothwendige Weise des Handelns abgesondert vom Handeln, so nennt man sie sehr passend die Gesetze des Handelns. Es gibt also nothwendige Gesetze der Intelligenz [1]).

§. 10. Hoc principium menti innatum esse, facile invenies, si ea, quae de modo diximus, quo mens se ipsam intueatur, retractaveris. Sic et bene intelliges, si dialectici antiquiores mentem tuam non praeoccupaverunt, principium contradictionis et identitatis unum idemque esse. Si idem principium spectas, quatenus ad id refertur, quod aliud est quam mens, principium erit contradictionis; sin contemplaris, quatenus ad mentem ipsam refertur, aut ad rem, quae menti esset aequalis, principium erit identitatis. Si autem discernere jubemur, principium contradictionis prius et majus esse contendimus, Hegelium secuti,

---

1) Fichtes und Niethammers phil. Journal. 5. Bd. Hft. 1.

qui dixit: Es ist aber eins der Grundvorurtheile der bisherigen Logik und des gewöhnlichen Vorstellens, als ob der Widerspruch nicht eine so wesenhafte und immanente Bestimmung sei als die Identität; ja wenn von Rangordnung die Rede, und beide Bestimmungen als getrennte festzuhalten wären, so wäre der Widerspruch für das Tiefere uud Wesenhaftere zu nehmen. Denn die Identität ihm gegenüber ist nur die Bestimmung des einfachen Unmittelbaren, des todten Seins; er aber ist die Wurzel aller Bewegung und Lebendigkeit [1]. Non te effugit, nos de principio semper et non de lege loqui, ac rationem quaeris. Res ita se habet. Dum primam omnium veritatem inquirimus, hoc est, dum exploramus, qualis sit mens humana, quasnam in se habeat vires, et quibus modis necessario agat, non dialecticam tractamus artem, sed disciplinam, quam „Metaphysicam" vocant, quia de iis agit, quae sint. Si autem ea inveniuntur, modi sunt explorandi, quibus necessario sunt et existunt; hi modi autem non sunt, nisi ea, quae „principia" vocamus, quia capita quasi sunt, a quibus omnia proficiscuntur, quae apparent. Ea sunt, quae Hegelius in loco, supra citato, „Bestimmungen" nominavit. Si autem de modis agitur, quibus mens res, quae sibi objiciuntur, percipit, concipit, determinatque, quomodo invicem se habeant, iidem modi, si generales et necessarii sunt, „leges" vocantur, quibus ars dialectica gubernatur. Formulam et sensum principii et legis intuere, et nos laudabis, quod discernimus. Formulam constituimus contradictionis: A non est = B; neque id sine ratione, quum dialectici plurimi formulam firmaverunt: A non est non A. Fundamentum illius formulae contrapositio est, quam „contrariam" vocamus; hujus autem quam „contradictoriam" appellant. Illa quidem contrapositio locum habet inter res cogitationes, quae certas habent notiones, ut videmus fieri inter mentem et ejus cogitata; haec autem contrapositio non est nisi abstractionis auxilio orta, quum terminus alter con-

1) Hegels Logik. II. B. 1. Absch. p. 78.

trapositionis omnino nullas in se habeat notiones, quod in formula videre potes. Haec igitur lex, qua dialectici utuntur, alium sensum habere non potest, quam hunc: Conceptus quidam, si semel positus est, non potest cogitari non positus. Principium autem contradictionis longe alium habet sensum. Sed et si originem spectas, valde differunt. Lex, quam dialectici habent, abstractionis vi et ope facta est, principium autem menti innatum agnoscitur, quum modus sit, quo mens apparere cogitur. — Quae de contradictione diximus, eodem modo de identitate valent. Quum ars dialectica, quam pure „formalem" vocant, non rebus utatur, quae existunt, sed conceptibus, quorum notiones ignorat, decernere non potest, rem aliquam aequalem (eandem) esse alii rei; quapropter lex identitatis hunc habere debet sensum: Cogitatio semel posita est posita. Principium autem identitatis, ut vidisti, longe alium habet tenorem.

§. 11. Philosophi semper usi sunt Contradictione et Identitate, nonnulli autem confuse hac de re agebant; plurimi de interpretatione dissentiunt. Jam Plato principio contradictionis philosophorum decreta destruere studuit, et Aristoteles decrevit, eandem rem simul esse et non esse non posse. Num Scotistarum, ut vocantur, sententia: Ens est ens, legis vim habuerit, in dubio est. Dialecticus Polzius primus agnovisse videtur, legem contradictionis et identitatis eandem esse, quem plurimi secuti sunt artis dialecticae cultores, ut Kantius, Kiesevetterius, Beckius, Herbartius, aliis interea, ut e. g. Baumgartenio, Maassio, Friesio, Sigvartio et Drobischio contradicentibus. Dum alii omnino negligebant investigare, unde venerit principium aut lex, alii de origine dissentiebant. Fr. Fischerus rem studiosius tractavit, docens leges, de quibus agimus, „originales esse relationes" (Grundverhältnisse), in quibus res, quas cognoscere studemus, versentur. Quae Fichtius de origine harum legum senserit, supra allegavimus. Idem autem sicut Schellingius enuntiationem $A = A$ fundamentum posuit totius philosophiae. Hegelius negavit, Identitatem esse legem. Dieser Satz

in seinem positiven Ausdrucke A = A ist zunächst nichts weiter, als eine leere Tautologie [1]). Huic sententiae et nos assentimus; qua ex causa (si relegis, quae de origine principii scripsimus) non identitatem sed contradictionem antea exploravimus. Si discerni opus est inter principium contradictionis et identitatis, contradictio prior est, unde identitas derivatur. Hegelio consentimus, si docet, rem sibi aequalem esse non posse, nisi cognoscatur, eandem rem esse diversam ab alia re; identitas igitur non prius cognoscitur, quam diversitas. Hoc autem non impedit, ne modum, quo mens necessario agit, principium vocemus; sed nec dialecticis invideatur, si modos, quibus mens universitatem rerum concipere studet, leges appellare velint; modo leges suas et principia nostra ne confundant, quemadmodum Hegelius, quid lex esset aut principium et quid conceptus innatus, confundebat.

§. 12. Ad mentis inquisitionem recurramus. Quid est, interrogas, cur mens humana seipsam discernat ab iis, quae procreavit? — Quia diversa sunt. — Sed quare sunt diversa? — Quia mens causa est eorum, quae effecit, ut sint, et ideo haec effecta sunt a causa. Quia mens revera causa est, se causam non esse cogitare non potest. (Er muss sich er-innern). Principium ei innatum est, quod vulgo „principium causalitatis" vocant. Quum mens seipsam intueatur, et ea, quorum causa est, intelligere cogitur, se rem esse, quae causa sit, quia adsunt, quae perfecit, et mens conscia est (er ist sich bewusst; er er-innert sich) se effecisse, quae adsunt (cogitata puta). Hic modus, menti innatus, radix est distinctionis; distingui non possunt nisi diversa; diversa autem non sunt, nisi quatenus aut causae sunt aut a causa effecta. Sic et mens ipsa, licet causa sit aliquorum, effecta est a Deo, et ideo ab hoc discernitur. Rerum causas invenire mens studet, quod minime posset, nisi ipsa esset causa; cogitare non potest, quod ipsa non est. Sic mens humana nec Deum invenire posset,

---

1) Hegels Log. p. 37. sq. p. 79. sq.

qui est causa omnium rerum, nisi ipsa esset causa saltem aliquarum rerum.

§. 13. Ut autem bene intelligas, quae vocabuli „causae“ sententia ac vis sit, discernere debes hoc, quod patrio sermone „Ursache“ nominamus, ab illo, quod „Grund“ vocamus. Difficile quidem est distinguere, quia homines, persaepe etiam eruditi, istis vocabulis promiscue utuntur, ita ut sine discrimine proferant: Gott ist die Ursache oder der Grund seiner selbst und der Welt, quae longe diversa sunt. Ne nimis obscure loquamur, in eadem enuntiatione exponemus, quaenam intercedat diversitas. Gott ist der Grund seiner selbst; Gott ist die Ursache der Welt. Si enim Deus seipsum explicat, totam effundit substântiam; in tribus diffusa est personis, ita, ut unaquaeque ejusdem sit substantiae, cujus altera est. Tolle personas et substantiam sustulisti. Si autem Deus mundum facit, non effundit substantiam suam, quae tota salvaque remanet, eodem modo quo mens humana cogitatum quoddam perficit. Ipsa mens remanet. In rerum natura autem substantia in innumerabiles res diffusa est. Ex his videre licet, quid sit „Grund“ quid „Ursache.“ Hos conceptus confundens nunquam penitus in rerum intima introspicies. — Menti humanae igitur inditum est principium causalitatis; causa tamen id esse potest, quod „Grund“ aut id, quod „Ursache“ vocatur. Talis est mens, ut nullam cogitare possit rem, quae unum alterumve horum non habeat.

§. 14. Si ea, quae diximus, percepisti, legem, quam dialectici habent et aut „rationis sufficientis“ aut „rationis determinantis“ appellant, a principio causalitatis discernere poteris. Lex illa nonnisi modum spectat, quo conceptus componuntur, aut seperantur, et quomodo invicem se habeant, exponitur. Hanc artem si exercere velis, omnino legem habere debes, ne sine ulla ratione cogitationem cogitationi jungas, aut unam ab alia secernas; haec autem nonnisi de cogitationibus valet; adhiberi non potest, si quaeritur, quomodo res invicem se habeant, quatenus existentia (origo) earum spectatur.

§. 15. Rarissime autem hanc subtilem distinctionem apud

dialecticos reperies; legem et principium confundebant; quod de rebus dici potest, de conceptibus exponebant; ea, quae disciplinae sunt, quam „metaphysicam“ vocamus, ad artem transferebant dialecticam; rationem cognoscendi a ratione essendi non discernebant, quod e. g. in Wolffii expositionibus, quae hac de re agunt, animadvertere potes. — Jam quidem Plato et Aristoteles de causalitate locuti sunt, non autem eo modo, quasi lex sit in arte dialectica adhibenda, sed quatenus ratio vetat, ne sine causa aliquid ponas. Sed jam ipsi confundebant rationem cognoscendi et rationem essendi. Sic et Cicero legem noverat, (nihil fieri sine causa) qua utebantur, qui physicalem tractabant artem; dissentiebant autem philosophi, num hac lege dialectici respectu earum cogitationum uti possint, quas voluntarias (willkührliche) appellabant. Rationem cognoscendi et causam efficientem confundebant et Scholastici, ut vocantur, et posteriores, donec Leibnitius confusioni finem ponebat, rationem cognoscendi a causa efficiente discernens. Hoc enim in mente habuit, scribens: que jamais riens n'arrive sans quil y ait une cause ou du moins une raison determinante[1]).

In eodem loco, duas enumerans leges (principia) fundamentales cogitandi, post legem contradictionis principium profert rationis determinantis (Principe de la raison determinante[2]). Qui Leibnitium sequebantur, confusionem denuo adducebant, quum negligerent, quae ille discernendi causa docuerat. De „ratione sufficiente“ loquebantur. Sic Wolffius: „Nihil est sine ratione sufficiente, cur potius sit, quam non sit, h. e. si aliquid esse ponitur, ponendum est etiam aliquid, unde intelligitur, cur idem potius sit, quam non sit.“ Causam a ratione discernere quidem studet dicens: „per rationem sufficientem intelligimus id, unde intelligitur, cur aliquid sit; causa est principium, a quo existentia s. actualitas entis alterius dependet.“ Sed quid est principium? „quod in se continet rationem (sufficientem alte-

1) Leibn. Théodicée. Part. I. p. 515.

2) Ibid.

rius." Si autem res ita se habet, distinctio illa omnino tollitur. Kantius in libro, quem „Kritik der reinen Vernunft" appellavit, principium causalilatis hoc modo tractavit, ut dicat, principium, quod ipse „den Grundsatz des Causalverhältnisses" vocavit, necessarium esse, si de rebus velis habere notitiam, quas experientia suppeditat [1]). Quum conferas, quae in arte sua dialectica et in alio loco de eodem principio scripserit, ubi ait: Jeder Satz muss einen Grund haben, ist das logische (formale) Prinzip der Erkenntniss, welches dem Satze des Widerspruchs nicht beigesellt, sondern untergeordnet ist [2]); videbis, Kantium quoque non bene distinxisse, quum Causalitatem principium vocet omnis cognitionis. — Quae demum Hegelius de hoc principio senserit, breviter exponamus. In libro de arte dialectica notat: Der Grund ist, wie die andern Reflexionsbestimmungen, in einem Satze ausgedrückt worden: Alles hat seinen zureichenden Grund. Diess heisst im Allgemeinen nichts anderes, als was ist, ist nicht als fremdes unmittelbares, sondern als gesetztes zu betrachten; es ist nicht bei den unmittelbaren Dasein oder bei der Bestimmtheit überhaupt stehen zu bleiben, sondern davon zurückzugehen in seinen Grund, in welcher Reflexion es als aufgehoben und in seinen An- und Fürsichsein ist In dem Satze des Grundes wird also die Wesentlichkeit der Reflexion in sich gegen das blosse. Sein ausgesprochen [3]). Nos eadem sentimus, si de principio causalitatis, quatenus ex mentis humanae explicatione eruitur, intelliguntur. Longe enim aliud est principium causalitatis, quod nos invenimus, et quod non est nisi hoc, quod patrio ser-

---

1) Dass alles, was geschieht eine Ursache habe, kann gar nicht aus dem Begriffe dessen, was überhaupt geschieht, geschlossen werden; vielmehr zeigt der Grundsatz, wie man allererst von dem was geschieht einen bestimmten Erfahrungsbegriff bekommen könne. Kritik d. r. V. Elementarlehre p. 244.

2) Cf. „Ueber eine Entdeckung etc." 2. Aufl. S. 15.

3) Cf. Hegels Log. p. 87. sq.

mone „Bestimmung“ vocamus, et aliud est, quod in arte dialectica adhibetur principium. Illud principium menti humanae inest, naturam ejus constituens; (quia enim revera causa aliquarum rerum est, in se habet principium causalitatis); hoc autem principium, quo dialectici utuntur, lex est facta a mente, qua dialecticae operationes gubernantur.

§. 16. Dialectici tertiam habent legem, quam exclusi medii seu tertii appellant, quam autem nos, quatenus mentis naturam exploramus, ignoramus. Lex enim illa, ut notum est, nonnisi inter contradictoria locum habet, nos autem jam supra ostendimus, contrapositionem sic dictam „contradictoriam“ in rerum universitate non existere, sed fictam esse ab arte dialectica abstractionis auxilio. Mens autem seipsam intuens, nonnisi contrapositiones, quas „contrarias“ vocamus, invenit. Discernit enim aut a) inter se et ea, quae perfecit aut b) inter ea, quae perfecit, momentum a momento distinguens; in utroque autem casu de rebus agit, quae sunt et ideo nonnisi in contrapositione contraria versantur. Si autem res in contraria contrapositione versantur, nonnisi principio contradictionis opus est, ut eas dignoscas.

§. 17. Eodem modo, quo haec duo principia, quae menti insunt, contradictionis scilicet et causalitatis, invenimus, illi conceptus inveniri possunt, qui menti sunt innati, naturam ejus constituentes, et quos philosophi „Categorias“ vocant, Aristotelem sequentes, qui et primus omnium, artem grammaticam intuens, invenit (decem) et nomen dedit. Hos conceptus, menti innatos, et Kantius invenire studebat, eam operationem dialecticam, quam „logisches Urtheil“ vocant, subtiliter explorans. Duodecim invenisse putavit. Hujus autem labores vituperans [1]) Hegelius ad profunda mentis descendit [2]), categorias quaerens;

1) Bekanntlich hat es die Kantische Philosophie sich mit der Auffindung der Kategorien sehr bequem gemacht etc. Cf. Hegels Encyclop. p. 39.

2) Cf. Hegels Phaenomen. p. 178.

reversus autem, nos docere conatus est, conscientiam non esse nisi categoriam [1]). De his categoriis, quales sint, et quomodo inveniantur, multa sunt dicenda, quae alii reservamus tractatui; ad finem enim properandum est, quem autem opusculo huic imponere recusamus, priusquam nonnullorum saltem philosophorum, qui de mentis explicatione scripserunt, decreta inspexerimus.

§. 18. Quomodo Cartesius dubitaverit, ut inveniat quae vera sint, jam in capite hujus tractatus diximus. Mentem cogitantem invenit; „repugnat enim (ait) ut putemus id, quod cogitat, eo ipso tempore, quo cogitat, non existere. Ac proinde haec cognitio, ego cogito, ergo sum, est omnium prima et certissima, quae cuilibet ordine philosophanti occurrat [2]).“ Primam veritatem quidem invenit; sed aut obiter tantum aut male explicavit. „Non hic explico (inquit) alia multa nomina, quibus jam usus sum, vel utar in sequentibus, quia per se satis nota mihi videntur. — Atque ubi dixi, hanc propositionem „ego cogito ergo sum“ esse omnium primam atque certissimum, quae cuilibet ordine philosophanti occurrat, non ideo negavi, quin ante ipsam scire oporteat, quid sit cogitatio, existentia, certitudo; item quod fieri non possit, ut id, quod cogitet, non exstat, et talia; sed quia hae sunt simplicissimae notiones, et quae solae nullius rei existentis notitiam praebent, idcirco non censui esse numerandas [3]).“ Minime autem superfluum est, ostendere, quid certitudo sit, et quomodo oriatur. Unde enim fit, quaerimus, ut de existentia nostra dubitare non possimus? quod idem est ac: unde fit, ut negare non possim me esse? quod itidem idem est ac: unde fit, ut cogitare cogar, mentem meam esse? — Si non rospondeas, me de existentia mentis certiorem non reddes. — Quid de cogitatione senserit, Cartesius quidem confessus est. „Cogitationis nomine intelligo illa omnia, quae nobis consciis in nobis fiunt, quatenus eorum in nobis

1) Cf. Hegel l. c. p. 294.
2) Cart. Princ. phil. I. c. 7.
3) Cart. l. c. c. 10.

conscientia est; atque ita non modo intelligere, velle, imaginari, sed etiam sentire, idem est hic ac cogitare [1]." Sed quid est conscientia? quomodo oritur? num eadem est cogitatio? num ante omnes cogitationes jam adest? num conscientia et cogitatio unum sunt? Ad hac quaestiones Cartesius respondere neglexit. Quia autem non satis exquisivit, quae ad naturam mentis proprie pertineant, male definivit, quidnam mens sit. „Sum igitur (inquit) praecise tantum res cogitans, id est, mens, sive animus, sive intellectus, sive ratio. — Sum autem res vera et vere existens. Sed qualis res? dixi, cogitans. Sed quid igitur sum? Res cogitans. Quid est hoc? nempe dubitans, intelligens, affirmans, negans, volens, nolens, imaginans quoque et sentiens [2]." Si autem rerum naturam intuearis, animadvertes, animalia quoque imaginari et sentire; quum vero imaginari et sentire ad cogitare pertineat, nonne et animalia sunt res cogitantes? Objiciet quidem, animalia res cogitantes esse non posse, quum in istis conscientia eorum non sit, quae in iis fiant. Omnino concedimus, sed quid sequitur? Conscientia est, qua fit, ut ea, quae in mente fiunt, cogitationes sint, et deinde mens ideo res cogitans est, quia conscientiam habet, qua animalia carent. Quid igitur est conscientia, qua mens res cogitans est, distincta ab animalibus? —

Quae Cartesius de rerum natura, cui nonnisi extensionem vindicat [3]), senserit, hic explicare non possumus, quum ad finem nostrum stricte non pertineant, conferre autem expedit, quae Leibnitius de hac sententia Cartesii scripserit [4]).

§. 19. Jam idem Leibnitius conscientiam a cogitatione distinxit. „Il est bon de faire distinction entre la Perception, qui est l'état intérieur de la Monade repraesentant les choses externes, et l'Apperception, qui est la Conscience

---

1) Cart. Princ. Phil. I. c. 9.
2) Cart. Medit. II. p. 11.
3) Cart. Princ. Phil. I. c. 51.
4) Leibnit. De vera methodo Philos. p. 110. sq.

ou la connoissance réflexive de cet état intérieur, la quelle n'est point donnée à toutes les ames, ni toujours à la meme ame. Et c'est faute de cette distinction, que les Cartésiens ont manqué [1])." Quae autem de „Perceptione" senserit, ex „commentatione de anima brutorum" discere potes, quam hic loci citare juvat, totam recitare autem non expedit. In eodem tractatu, laude dignissimo, tres distinguit perceptionis (Wahrnehmung) gradus; „praeter infimum perceptionis gradum, qui etiam in stupentibus reperitur, et medium gradum, quem sensionem appellamus, et in brutis agnoscimus, datur gradus quidam altior, quam appellamus cogitationem. Cogitatio autem est perceptio cum ratione conjuncta, quam bruta, quantum observare possumus, non habent [2])." Si conferas hanc explicationem cum illa, quam supra notavimus, reperies, apperceptionem (ut vocat) h. e. conscientiam rationem esse, quae cogitationes aut perceptiones intuetur, et quomodo se habeant, determinat. Perceptiones quidem semper habemus, nonnunquam autem sine apperceptione sumus [3]). „Ubi sensioni accedit Ratio, seu Consecutio ex Universitate Veritatum, anima rationalis est [4])." In Conscientia igitur, si bene discernimus, duo latent momenta, primum quidem, quatenus mens, se distinguens ab aliis, sui ipsius conscia est; alterum autem, quatenus mens determinare potest, quomodo res invicem se habeant, et quaenam earum sint causae, quae vis mentis ratio dicitur.

§. 20. Kantii nobile ingenium interiora mentis intravit omnium cognitionum humanarum principia investigans. Quomodo res possint cognosci interrogavit; et quaenam menti insit vis, ut, quae rebus insint, veritates, invenire queat, studio-

---

1) Leibn. Princip de la Nature et de la Grace. p. 715.
2) Leibnitii Comment. de anima brutorum. XII. p. 464.
3) Cf. Nouveaux Essais sur l'entendement humain. Chap. XVII.
4) Epist. ad Christ. Wagner.

sissime exquisit. Quam vocamus rationem puram, quatenus mentis praecipua est vis, tantis exploravit laboribus, ut superari vix possit; quid autem ipsissima mens sit, ejusque conscientia, haec quomodo oriatur, philosophiae primas atque difficillimas quaestiones, parce tractavit. Videamus. Si intelligare velis, quem finem exquisitionibus suis posuerit, ingenio suo dignum, ea quae in introductione ad librum, quem „Kritik der reinen Vernunft" superscripsit, de intentione sua protulerit, legas. „Vernunft ist das Vermögen, welches die Principien der Erkenntniss a priori an die Hand gibt. Daher ist reine Vernunft diejenige, welche die Principien, etwas schlechthin a priori zu erkennen, enthält. Ein Organon der reinen Vernunft würde im Inbegriff derjenigen Principien sein, nach denen alle reine Erkenntnisse a priori können erworben und wirklich könnten zu Stande gebracht werden. Die ausführliche Anwendung eines solchen Organon würde ein System der reinen Vernunft verschaffen [1]. Hoc organon purae rationis, quasi clavem omnium cognitionum humanarum petiit; nobile sane desiderium; sed pro sua parte desperavit, quod inventurus sit, idcirco inquisitionem suam nonnisi criticam appellavit purae rationis. „Diese Untersuchung, die wir eigentlich nicht Doktrin, sondern nur transcendentale Kritik nennen können, weil sie nicht die Erweiterung der Erkenntnisse selbst, sondern nur die Berichtigung derselben zur Absicht hat, und den Probierstein des Werths oder Unwerths aller Erkenntnisse a priori abgeben soll, ist das, womit wir uns jetzt beschäftigen. Eine solche Kritik ist demnach eine Vorbereitung, wo möglich, zu einem Organon, und wenn dieses nicht gelingen sollte, wenigstens zu einem Kanon derselben, nach welchen allenfalls dereinst das vollständige System der Philosophie der reinen Vernunft dargestellt werden könnte [2]." Quae de origine omnium cognitionum sen-

1) Kants Kritik d. r. V. Einleitung p. 25.

2) l. c.

serit, ex tractatu, quem „Elementarlehre“ superscripsit, videre poteris; ad hoc reduci possunt: Es sind drei subjektive Erkenntnissquellen, worauf die Möglichkeit einer Erfahrung überhaupt, und Erkenntniss der Gegenstände derselben beruht: Sinn, Einbildungskraft und Apperception; jede derselben kann als empirisch, namentlich in der Anwendung auf gegebene Erscheinungen betrachtet werden, alle aber sind auch Elemente oder Grundlagen a priori, welche selbst diesen empirischen Gebrauch möglich machen. Der Sinn stellt die Erscheinungen empirisch in der Wahrnehmung vor, die Einbildungskraft in der Association (und Reproduktion), die Apperception in dem empirischen Bewusstsein der Identität dieser reproductiven Vorstellungen mit den Erscheinungen, dadurch sie gegeben waren, mithin in der Recognition. Es liegt aber der sämmtlichen Wahrnehmung die reine Anschauung, der Association die reine Synthesis der Einbildungskraft, und dem empirischen Bewusstsein die reine Apperception, d. i. die durchgängige Identität seiner selbst bei allen möglichen Vorstellungen zu Grunde [1]). His praemissis Kantius, quid sub hoc, quod „empirisches Bewusstsein“ et sub hoc, quod „reine Apperception“ vocat, intelligat, exponere tenetur. „Alle Anschauungen sind für uns nichts, und gehen uns nicht im mindesten etwas an, wenn sie nicht im Bewusstsein aufgenommen werden können [2]). Concedimus; sed quid est hoc „Bewusstsein?“ „Alle Vorstellungen haben eine nothwendige Beziehung auf ein mögliches empirisches Bewusstsein; denn hätten sie dieses nicht, und wäre es gänzlich unmöglich, sich ihrer bewusst zu werden; so würde das so viel sagen, sie existirten gar nicht. Alles empirische Bewusstsein hat aber eine nothwendige Beziehung auf ein transcendentales Bewusstsein, nämlich das Bewusstsein

---

1) l. c. p. 105.
2) ibid. p. 106.

meiner Selbst, als die ursprüngliche Apperception. Es ist also schlechthin nothwendig, dass in einem Erkenntnisse alles Bewusstsein zu einem Bewusstsein (meiner Selbst) gehöre [1]." Sed adhucdum nescimus, quid hoc „Bewusstsein meiner Selbst" proprie sit et unde veniat? „Diess Princip steht a priori fest und kann das transcendentale Princip der Einheit alles Mannigfaltigen unserer Vorstellung heissen [2]." Sed si quis propositionem: „Diess Princip steht a priori fest" rejiceret, quid responsurus esset? „Der synthetische Satz: dass alles verschiedene empirische Bewusstsein zu einem einigen Selbstbewusstsein verbunden sein müsse, ist der **schlechthin** erste und synthetische Grundsatz **überhaupt** [3]." Quare „schlechthin?" „Die Vorstellung Ich in Beziehung auf alle andere ist das transcendentale Bewusstsein [4]." „Eigentlich (Kantius in alio loco [5]) dicit) ist das Bewusstsein eine Vorstellung, dass eine andere Vorstellung in mir ist, und die Bedingung aller Erkenntniss überhaupt. Die Vorstellung aber lässt sich durchaus nicht erklären. Denn man müsste was Vorstellung sei, doch immer wiederum durch eine andere Vorstellung erklären." Ex his omnibus nunc videre potes, quaenam Kantius de conscientia senserit. Si explorasset, unde hoc, quod „Vorstellung Ich" nominavit, proprie nasceretur, ab inquisitione rationis, quae nonnissi vis est mentis, ad mentem ipsam progredi debuisset; tunc autem non solum organon rationis purae sed earum quoque cognitionum, quae dialecticas transcendunt, invenisset. Quapropter rerum visibilium interiora optime exquisivit, quarum causas invenire non potuit, quum non invenerit, mentem ipsam esse causam, et ideo causas invenire posse. Distinguere enim oportet inter

1) l. c. p. 106.
2) ibid.
3) ibid.
4) ibid.
5) Logik. 1800. p. 40. 41.

hunc mentis agendi modum, quo causas rerum investigat et illum, quo invenire studet, quales res sint, et quomodo concipi possint. Si fas est, novo cognitionis modo novum dare nomen, illam cognitionem metalogicam nominemus. Kantius in exquisitione sua ne hoc quidem quaesivit, num conscientia mentis revera sit. „Diese Vorstellung mag nun klar oder dunkel sein, daran liegt hier nichts, ja nicht einmal an der Wirklichkeit desselben (Bewusstseins); sondern die Möglichkeit der logischen Form alles Erkenntnisses beruht nothwendig auf dem Verhältniss zu dieser Apperception als einem Vermögen [1]." Quum alio loco hac de re ageret, veritatem, mentem humanam esse substantiam, „transcententalem paralogismum" vocat, „indem ich von dem transcententalen Begriffe des Subjectes, der nichts Mannigfaltiges enthält, auf die absolute Einheit dieses Subjekts selber schliesse [2]." Mens illi non est, nisi conceptus transcendentalis, qui per paralogismum ut substantia tractatur. „Ich, als denkend, bin Gegenstand des innern Sinnes und heisse Seele. Demnach bedeutet der Ausdruck: Ich, als ein denkendes Wesen schon den Gegenstand der Psychologie. Ich denke, ist also der alleinige Text der rationalen Psychologie, aus welcher sie ihre ganze Weisheit auswickeln soll. Die Topik der rationalen Seelenlehre, woraus alles Uebrige, was sie nur enthalten mag, abgeleitet werden muss, ist demnach folgende: 1) Die Seele ist Substanz, 2) einfach, 3) Einheit, 4) im Verhältnisse zu möglichen Gegenständen im Raume. Aus diesen Elementen entspringen alle Begriffe der reinen Seelenlehre. . . Zum Grunde derselben können wir aber nichts anders legen, als die einfache und für sich selbst an Inhalt gänzlich leere **Vorstellung**: Ich, von der man nicht einmal sagen kann, dass sie ein Begriff sei, sondern ein blosses Bewusstsein, das

1) l. c.

2) Kritik d. r. V. p. 274.

alle Begriffe begleitet [1]).“ „Wenn mir Jemand überhaupt die Frage aufwürfe: von welcher Beschaffenheit ist ein Ding, das denkt? so weiss ich darauf a priori nicht das Mindeste zu antworten, weil die Antwort synthetisch sein soll; denn eine analytische erklärt vielleicht wohl das Denken, aber gibt keine erweiterte Erkenntniss von demjenigen, worauf dieses Denken seiner Möglichkeit nach beruht [2]). Neque nos a priori determinavimus, quid mens sit; sed per analysin, quam ille neglexit, naturam mentis perspicere conati sumus; quare interroganti quid proprie mens sit, plus, quam ille potuit, satisfacere posse putamus, quin „subreptione“ utamur [3]).

§. 21. Ut breves simus, sicut decet, duorum tantummodo philosophorum, qui diversis modis veritatem invenire studebant, decreta inspiciamus, quae mentis humanae naturam spectant. Alter has cognitiones, quas omnes homines habent, quatenus sensibus praediti sunt, ut fundamentum inquisitionis posuit, mente experientiam correcturus. Herbartius „a posteriori“ philosophari incipit. Alter autem „a priori,“ hoc est, a mente, quae principium omnis cognitionis est, proficiscebatur, fontem et modum existendi omnium scientiarum examinaturus. Hic Hegelius est. Plurima quidem jam Fichtius, praesertim in libro, cui titulum „Wissenschaftslehre“ imposuit, de mentis natura tractavit; multa et Schellingius hac de re scripsit, perscrutatione dignissima: nobis autem, quum hoc loco de omnibus agere non possimus, eligendus est Hegelius, quem accurate examinemus. Non sine ratione ejus doctrinam de mente studiosius inspiciemus; nam si ea, quae de mente scripsit, bene

---

1) l. c. p. 277. sq.

2) l. c. p. 317.

3) Cf. l. c. p. 320. Man könnte den Schein (die Einheit in der Synthesis der Gedanken für eine wahrgenommene Einheit im Subjecte dieser Gedanken zu halten) die Subreption des hypostasirten Bewusstseins (apperceptiones substantiatae) nennen.

intellexeris, Fichtii et Schellingii sententias facile, et quae nos ipsi de mentis natura proponimus, facilius intelliges.

§. 22. Herbartius a dubitatione incipiens, ut jam ostendimus, omnes cognitiones humanas examinavit, et quas notiones, se invicem tollentes, in se habeant, ostendere studuit. Ad nos ea, quae de mentis humanae natura dixit, pertinent. Doctrina autem hujus philosophi de mente haec est: Multa adsunt cogitata (Vorstellungen), priusquam hoc, quod „Selbstbewusstsein“ vocamus, emergit. Per haec cogitata mens se invenire debet. „Es zeigt sich uns, dass die Ichheit auf einer mannigfaltigen objektiven Grundlage beruht, wovon jeder Theil ihr zufällig ist [1].“ Quomodo autem ex istis variis cogitatis, quae menti inhaerent, mens se invenire potest? „Erst dann (respondet) wenn mehrere Objekte vorgestellt werden, gehört etwas an ihnen dem Vorstellenden, nämlich ihre Zusammenfassung in **ein** Vorstellen. Daraus muss die Modifikation hervorgehen, durch welche an den verschiedenen Objekten etwas zu bemerken sei, das keinem von ihnen, einzeln genommen, zukommen würde, das also eben darum vielleicht uns angehören könnte. Dabei bleibt die Vorstellung meiner selbst zwar abhängig von der Vorstellung der Objecte, sie bezieht sich auf dieselben, aber sie fällt dennoch nicht damit zusammen [2].“ Sed si conscientia sui scientiae rerum adhaeret, quomodo solvi potest, ut pura sit? „Nur in diesen Objektiven kann der Grund liegen, wesshalb wir aus dem Vorstellen desselben herausgehoben werden, das Vorgestellte selbst in seiner Mannigfaltigkeit muss von solcher Beschaffenheit sein, dass es die Fesseln löst, in welchen ein Subject befangen sein würde, das nur bloss Gegenstände, aber niemals sich kennen lernte [3].“ Quatenus haec cogitata inter se in relatione

---

1) Herbarts Psycholog. I. p. 104.

2) l. c.

3) l. c.

versantur, singula et omnia simul ad unum quoddam punctum relationis ostendunt, quod „die Einheit der Complexion“ vocatur. Quod autem sic emergit, non est, nisi conscientia, h. e. non res quaedam, quae vere est, sed scientia quaedam; cui scientiae autem Herbartius substantiam quandam ignotam supponit. „Kant bemerkt richtig (ait) die Auffassung des denkenden Subjects im Bewusstsein sei weit entfernt von der Erkenntniss der Seele als Substanz. Aber ihm selbst begegnete ein arger Paralogismus, indem er auf diese Weise die rationale Psychologie umzustürzen gedachte. Er verwechselte das Ich, welches das Behältniss unserer sämmtlichen Vorstellungen zu sein scheint, indem wir sie alle uns zuschreiben, mit der Durchdringung dieser Vorstellungen unter einander, vermöge deren sie verschmelzen, oder einander verdunkeln, sich gegenseitig als grösser oder kleiner, als ähnlich oder unähnlich bestimmen. Hierin liegt die Einheit der Complexion, um derentwillen eine einzige Substanz für alle anzunehmen ist[1]). De mente igitur humana docuit: die Seele ist die erste Substanz, auf deren bestimmte Annahme die Wissenschaft führt. Sie ist nämlich dasjenige einfache Wesen, welches um der ganzen Complexion willen gesetzt wird, die wir vor Augen haben, indem wir alle unsere Vorstellungen als die unsrigen betrachten. Die Einheit der Complexion erfordert ein einziges Wesen, welches schon, weil es real ist, im strengsten Sinne des Wortes einfach sein muss[2]).“ Mens igitur humana substantia est, et quidem realis, hoc est, vere est, et eadem est, quae omnes procreat cogitationes, et scit, se omnes habere. „Es bleibt wahr, dass die Seele nicht Vorstellungen von Aussen bekommt, sondern sie innerlich erzeugt, jedoch nur als Selbsterhaltungen, die sich nach Störungen (mittel-

---

1) Herbart. Introduct. in Philos. p. 208.
2) l. c. 207.

bar durch die Sinnesorgane) richten [1]." „Alle unsere einfachen Vorstellungen und hiemit der ganze Grundstoff unseres Bewusstseins sind wirkliches Geschehen in unserer Seele, nämlich deren Selbsterhaltungen [2]." Si conferas, quae nos de mente scripsimus, invenies, nos ab Herbartio differre, quatenus a pura mente profecti sumus, dum ille ab experientia coepit philosophari; si autem spectes, quae uterque invenerit, multa reperies consonantia Mens substantia est, sic nos et ille; mens procreat ea, quae aut „Vorstellungen" aut „Gedanken" vocamus, sic nos et ille; mens cogitata ut sua agnoscit, ergo se ut causam novit, sic nos et ille; mens autem se intueri potest et subjectum fieri, hoc est, mens non tantummodo est, quod „Sein an sich" nominamus, sed etiam hoc, quod „Sein für sich" appellunt. Hoc ille non concedit. „Das reine Selbstbewusstsein, wen stellt es eigentlich vor? Das Ich stellt vor sich, d. h. sein Ich d. h. sein sich Vorstellen; d. h. sein Sich als sich vorstellend vorstellen u. s. w. diess läuft ins Unendliche. Man erkläre jedesmal das Sich durch sein Ich und dieses Ich widerum durch das Sich vorstellen, so wird man eine unendliche Reihe erhalten, aber nimmermehr eine Antwort auf die vorgelegte Frage, die sich vielmehr bei jedem Schritte wiederholt. Das Ich ist also ein Vorstellen ohne Vorgestelltes; ein offenbarer Widerspruch [1]." Quum Herbatius haec omnia contra Fichtii doctrinas protulerit, qui de mentis natura, quatenus substantia est, aperte erravit, dicens: „Die Intelligenz (h. e. mens) ist dem Idealismus ein Thun und absolut nichts weiter, nicht einmal ein Thätiges soll man sie nennen, weil durch diesen Ausdruck auf etwas Bestehendes gedeutet wird, welchem die Thätigkeit beiwohne [2])" — bene egit. Mens autem humana, ut ipse Herbartius docet, substantia est; si autem substantia est, subjectum fieri et potest et debet;

1) l. c. 208.
2) l. c. 206.
1) l. c. 132.
2) Fichtes u. Niethammers philos. Journal 5. Bd. I. Hft.

hoc autem fieri minime potest, si se sibi objicere et intueri non potest ut causam eorum, quae procreavit, cogitatorum scilicet. Hanc autem intuitionem Herbartius agnoscere recusat [1]), et ideo mens ejus ad conscientiam sui non pervenit. Hanc conscientiam sui invenire non potuit, quia puram mentem non examinavit, sed tantummodo eam vim mentis intuitus est, qua cognitiones rerum procreantur, et quam cum Kantio „puram rationem" vocare possumus. Ideo, quod Kantius „eine Appreception" vocavit, idem est ac Herbartii conscientia sui. Qua ex causa necesse habet, substantiam supponere, quam invenire non poterat; invenitur autem substantia, si non haec cogitata (Vorstellungen) examinantur, quorum materiae res externae sunt, sed ea, quorum mens ipsa et causa et materia et forma est. Quum Tertulliani sententiam habemus: „Non scitur, cujus substantia ignoratur" nobis apertum est, Herbartium nescire, quid mens humana proprie sit.

§. 23. Hegelius, qui de omnibus rebus acutissime disputavit, quae mentis sint, qualis mens sit, et quomodo existat, praeprimis investigavit. Sed, quasi generi humano omnino denegatum sit, ut veritatem inveniat, et Hegelii admirandum erravit ingenium, universalem statuens mentem, quae se explicat. Quae de mentis natura docuerit, breviter videamus, addentes, quae nos sentimus. Praeclare sane definivit, quid sit mens. „Das an- und für sich seiende Wesen, welches sich zugleich als Bewusstsein wirklich, und sich sich selbst vorstellt, ist der Geist [2])." Optime docuit, mentem esse substantiam; et quomodo haec substantia explicetur, praeclare ostendit: „Es ist das einfache geistige Wesen, das, indem es zugleich zum Bewusstsein kommt, die reale Substanz ist, worin die frühern Formen als in ihren Grund zurückgehen, so dass sie gegen diesen nur einzelne Momente seines Werdens sind [3])." „In der Wirklich-

1) Herbart l. c. 134.

2) Hegels Phaenomenol. p. 328.

3) l. c. p. 264.

keit ist nun die wissende Substanz früher da als die Form oder Begriffsgestalt derselben. Denn die Substanz ist das noch unentwickelte An sich oder der Grund und Begriff in seiner noch unbewegten Einfachheit, also die Innerlichkeit oder das Selbst des Geistes, das noch nicht da ist.“ „Diese Substanz aber, die der Geist ist, ist das Werden seiner zu dem, was er an sich ist; und erst als diess sich in sich reflectirende Werden ist er an sich in Wahrheit der Geist. Er ist an sich die Bewegung, die das Erkennen ist, — die Verwandlung jenes Ansichs in das Fürsich, der Substanz in das Subjekt. Sie ist der in sich zurückgehende Kreis, der seinen Anfang voraussetzt und ihn nur im Ende erreicht [1].“ Tres distinxit gradus, aut si mavis, tria momenta, quibus persolvitur, quod explicationem et regressum mentis ad seipsam vocare possumus. Primum momentum est, in quo aut per quod mens in alio haeret, ergo negatio est, quae conditio „das Natursein“ vocatur, et cui competit, quod Hegelius „Bewusstsein“ appellavit, quod autem iterum tria habet momenta. Alterum momentum est, quo aut per quod mens ab illa conditione ad seipsam regreditur; huic autem momento competit, quod Hegelius „Selbstbewusstsein“ appellavit.

Tertium momentum est, in quo mens vere Subjectum est, quod seipsum scit. „Diess Wissen ist die Begeistung, wodurch die Substanz Subject, ihre Abstraktion und Leblosigkeit gestorben, sie also wirklich einfaches Selbstbewusstsein geworden ist [2].“ Haec tria momenta ex his intelligi possunt, quae de substantia docuit: „Die lebendige Substanz ist das Sein, welches in Wahrheit Subjekt, oder was dasselbe heisst, welches in Wahrheit wirklich ist, nur in so fern sie die Bewegung des Sichselbstsetzens, oder die Vermittlung des Sichanderswerdens mit sich selbst ist. Sie ist als Subject die reine

---

1) Cf. Phaenom. p. 604. sq.

2) l. c. p. 590.

einfache Negativität, eben dadurch die Entzweiung des Einfachen, oder die entgegensetzende Verdopplung, welche wieder die Negation dieser gleichgültigen Verschiedenheit und ihres Gegensatzes ist: nur diese sich wiederherstellende Gleichheit oder die Reflexion im Anderssein in sich selbst — nicht eine ursprüngliche Einheit als solche, oder unmittelbar als solche, ist das Wahre. Es ist das Werden seiner selbst, der Kreis, der sein Ende als seinen Zweck voraussetzt und zum Anfangn hat, und nur durch die Ausführung und sein Ende wirklich ist [1])."
Si nunc illa tria momenta, de quibus locuti sumus, accuratius inspicere velis, quale unumquodque sit, et quomodo invicem se habeant, memoriae trade, quae Hegelius, plures colligens doctrinas, (pag. 328 sq.) profert: Als die Substanz ist der Geist die unwankende gerechte Sichselbstgleichheit; aber als Fürsichsein ist sie das aufgelöste Wesen. Gerade darin, dass sie das im Selbst aufgelöste Sein ist, ist sie nicht das todte Wesen, sondern wirklich und lebendig. Der Geist ist hiemit das sich selbst tragende absolute, reale Wesen. Alle Gestalten des Bewusstseins sind Abstraktionen desselben; sie sind diess, dass er sich analysirt, seine Momente unterscheidet, und bei einzelnen verweilt. Diess Isoliren solcher Momente hat ihn selbst zur Voraussetzung und zum Bestehen, oder es existirt nur in ihm, der die Existenz ist. Sie haben so isolirt den Schein, als ob sie als solche wären, aber wie sie nur Momente oder verschwindende Grössen sind, zeigt ihre Fortwälzung und ihr Rückgang in ihren Grund und Wesen. Der Geist ist Bewusstsein überhaupt, was sinnliche Gewissheit, Wahrnehmen und Verstand in sich begreift, in so fern er in der Analyse seiner selbst das Moment festhält, dass er sich gegenständliche seiende Wirklichkeit ist, und davon ab-

---

1) l. c. p. 15.

strahirt, dass diese Wirklichkeit sein eigenes Fürsichsein ist. Hält er im Gegentheil das andere Moment fest, dass sein Gegenstand sein Fürsichsein ist, so ist er Selbstbewusstsein. Aber als unmittelbares Bewusstsein des An- und Fürsichseins, als Einheit des Bewusstseins und des Selbstbewusstseins ist er das Bewusstsein, das Vernunft hat. Diese Vernunft, die er hat, endlich als eine solche von ihm angeschaut, die Vernunft ist, oder die Vernunft, die in ihm wirklich und die seine Welt ist, so ist er in seiner Wahrheit." Ex his videre licet, quae de mentis humanae (quam „subjektiven Geist" vocat) natura, ejusque conscientia senserit. Mens ergo humana non est, nisi forma quaedam evanescens, in qua mens universalis apparet, momentum, quo ab hac conditione, quam „Andersein" nominamus, ad seipsam regreditur. „In der That ist das Selbstbewusstsein die Reflexion aus dem Sein der sinnlichen und wahrgenommenen Welt und wesentlich die Rückkehr aus dem Anderssein [1])." „Das Selbstbewusstsein ist zunächst einfaches Fürsichsein, sich selbst gleich durch das Ausschliessen alles Andern aus sich, sein Wesen und absoluter Gegenstand ist in ihm Ich, und es ist in dieser Unmittelbarkeit, oder in diesem Sein seines Fürsichseins, Einzelnes [2])." Hoc „Ich" autem non est, nisi „der Inhalt der Beziehung und das Beziehen selbst [3])." Quapropter ergo mens conscia non est, nisi categoria, hoc est, momentum quoddam (eine Bestimmung) universalis mentis, quae (categoria) eatenus ab aliis diversa est, quatenus se ipsam scit. „Das Selbstbewusstsein ist die Kategorie, welche ihrer selbst bewusst geworden [4])." Quid ergo ad haec omnia dicemus? — Quae de substantia docuit, ejusque explicatione, vera sunt; sic et plurima,

---

1) l. c. p. 132.
2) l. c. 142.
3) l. c. 132,
4) l. c. 294.

quae de mente universali contendit, et nos de mente humana diximus. Sed momenta, quibus explicatur, et ad se revolvitur, alia sunt. Tenemus enim, quod ipse Hegelius de mente humana alio loco docuit: „Der subjektive Geist ist hervorbringend. Aber seine Produktionen sind formell. Nach innen ist die Produktion des theoretischen nur der ideelle Boden seiner Welt, das Gewinnen der abstrakten Selbstbestimmung in sich [1].“ Nos ergo haec momenta ostendimus, quae mens procreat, quae idem sunt, quod ille „formelle Produktion“ vocat, et per quae mens, quatenus substantia est, subjectum fit. In primo momento, sicut satis exposuimus, mens seipsam negat; in seipsa differtur. In altero autem momento ad seipsam revolvitur, negationem tollens. Et sic mens, quae antea nonnisi substantia fuit, subjectum fit; et quod Hegelius de universali dixerit nos de humana mente praedicamus: „Indem seine Vollendung darin besteht, das, was er ist, seine Substanz vollkommen zu wissen, so ist diess Wissen sein Insichgehen [2].“ Eodem modo, quo Hegelius perfectionem mentis universalis fieri docet, et nos humanae mentis conscientiam perfectam perfici declaramus. Quod enim praeclare „Er-Innerung“ vocat, et nos novimus. „Sie ist das Innere und die in der That höhere Form der Substanz [3].“ Per hoc enim, quod „Er-Innerung“ vocamus, mens negationem, quam perfecerat, a se exiisse meminit, hancque ad se refert, et sic intus percipit, se revera esse. Per hoc, quod „Er-Innerung“ appellamus, mens ad id pervenit quod „Verinnerung,“ hoc est „Innewerden seiner selbst,“ hoc est „Selbstbewustsein“ vocamus. Sic et nos, non quidem universalem, sed absolutam novimus mentem, quae Deus est. Et idem substantia est, et

---

1) Encyclop. p. 413.
2) Phaenom. p. 611.
3) Phaenom. p. 611.

subjectum fieri debet. Evolvitur et fit aliud, quod autem revera idem est ac generans; hoc momentum in quo aliud fit, est Filius, non Categoria, sed Persona; hoc momentum, in quo revolvitur ad seipsum, Spiritus est, a Patre et Filio simul procedens, non Categoria, sed Persona. In his momentis snbstantia divina Subjectum fit et absolute verum. Sic et mundus aliud quoddam est quam Deus, non autem ita, quasi Deus in mundo sit (aut potius Deus mundus sit) quatenus in ea conditione versetur, quam „in seinen Anderssein" vocamus. Quatenus autem mundus a Deo cogitatur, in Deo ergo originem habet, ad existentiam Dei pertinet, atque ad originem revolvatur necesse est. Sicut enim mundus a Deo exiit, ita ad eum reduci debet; creatio mundi primum est momentum; quum homo factus fuerit, perfectum est illud, quod aliud quoddam est quam Deus; incarnatio Dei alterum est momentum; quum Deus homo factus fuerit, homo, qui mundum repraesentat, ad originem reducitur, Deo jungitur, ita ut mundus et Deus unum sint, „Deusque omnia in omnibus." Haec autem omnia, quamquam sint altissima, intelligere poteris, si intellexeris, quomodo mens humana, quatenus substantia est, ex se proficiscatur, ut ad se regrediatur, ut non solum sit, quod vocamus „ein Sein an sich," sed etiam hoc fiat quod vocamus „ein Sein für sich;" paucis: ut substantia fiat subjectum; hoc autem fieri non potest nisi substantia in se dirimatur, nisi negetur, et a negatione per hujus negationem ad seispsam regrediatur. Hic vivendi modus omnibus substantiis idem est; diversus solummodo, quatenus substantiae, si originem spectas, diversae sunt. Quare de mente humana, quatenus substantia est, omnino valent, quae Hegelius dixit: Der subjektive Geist ist hervorbringend; quatenus autem mens causam suam non in se sed in Deo habet, illa valent, quae idem philosophus de mente dixit: Aber seine Produktionen sind formell. Si ergo mens nonnisi intra se operatur, rejectis omnibus, quae ab extra in eam venire possint, hoc est, si mens seipsam operantem intuetur, quatenus pura mens est, tunc ea valent, quae idem Hegelius dixit: Nach innen ist

die Produktion des theoretischen (Geistes) nur der idelle Boden seiner Welt, das Gewinnen der abstrakten Selbstbestimmung in sich. Haec ostendimus. Nam nos quidem quae Hegelius de universali dixit mente, de humana sentimus: Die Substanz ist das noch unentwickelte Ansich, oder der Grund und Begriff in seiner noch unbewegten Einfachheit, also die Innerlickeit, oder das Selbst des Geistes, das noch nicht da ist. Quapropter sollicitavimus mentem, negantes, eam esse; sollicitata mota est, et substantia fiebat subjectum. Et quum intueremur, quomodo substantia subjectum fieret, illud Hegelii dictum laudavimus: Der Geist ist an sich die Bewegung, die das Erkennen ist, die Verwandlung des Ansichs in das Fürsich, der Substanz in das Subjekt. Sie (die Substanz) ist der in sich zurückgehende Kreis, der seinen Anfang voraussetzt und ihn nur im Ende erreicht.

§. 24. Huic tractatui titulum „de inventione veritatis" dedimus, non quasi arbitrantes, nos omnes posse invenire aut exponere veritates, quas sciendas mortalibus proposuit sapientissimus Deus, sed quasi docturi modum, quo saltem prima et certissima omnium veritatum inveniri possit. Non enim tam imbecillem Pater omnipotens creavit mentem humanam, quae ne de se quidem, quam sui ipsius imaginem vocavit, scientiam habere possit. Sicut autem prima veritas inveniri potest, et reliquae poterunt reperiri. Veritati autem nihil detrahitur, si invenitur; in hac re enim eadem sentimus, quae Tertullianus, vir religiosissimus: „Testimonium est Veritatis Inventus ipsius [1])."

Tantum.

---

1) Tertull. de Anima. c. I.

Theses

quas

Die XXX. Jul. MDCCCLVI

publice defendendas

pro

venia legendi obtinenda

in

Alma Literarum Universitate Friderico-Alexandrina

Erlangensi

Consensu Amplissimi Philosophorum Ordinis

proposuit

Dr. Xaverius Schmid,
Erlangensis.

Erlangae,
Typis Caroli Henrici Kunstmanni.
1856.

1.

Philosophia a dubitatione incipit.

2.

Ex conscientia, semetipsam explicante, duplex oritur cognitio: logica et metalogica (quam ego voco).

3.

Ex conscientia, semetipsam explicante, notiones quaedam primae et innatae (Categoriae) inveniri possunt.

4.

Ex conscientia, semetipsam explicante, principia quaedam metalogica et leges cogitandi fundamentales emergunt.

5.

Principium Causalitatis non idem est quod Lex rationis sufficientis dialecticorum.

6.

Mens humana Substantia est.

7.

Theologia, quatenus ars et disciplina est, pars est Philosophiae.

8.

Credere et intelligere non sunt contradictoria sed contraria.

9.

Dogmata Religionis Christianae, si formam eorum spectamus, effecta sunt mentis humanae actione logica.

10.

Deum in Trinitate Unum cogitare oportet.

11.

Incarnatio Verbi divini etiam sine lapsu hominis cogitari potest.

12.

Principium morale, quod Philosophia profert, vi ac natura sua eodem contendit, quo principium morale Theologorum.

13.

Philosophia est parens omnium disciplinarum.

14.

Philosophia est Religionis filia.
